



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1707

Q. 210. Quid circa mutilatam orationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42600

apud *Pelliz.* n. 42., eum satisfacere, qui cum extera
na tantum devotione assistit toti Horæ à Musicis de-
cantatæ, sed tenendum est oppositum, ut etiam in-
nuit *Tamb.* n. 17., quia talis audiens non orat vo-
caliter, nec orationem illam Musicorum facit suam,
cum non alternet cum illis.

§. VII. Per organum vel socios suppletur, si non 1300
sat percepis ea, quæ leguntur, dum thurificas, quæ-
ris psalmos &c., unde non est opus te postea supple-
re, *Suar. Vasq. Escob. Regin. Caram. Laym.* l. 4. t. L.
c. 5. n. 7. *Diana* p. 2. t. 12. R. 13. *Bonart.* l. 2. c. 37.
Gob. à n. 706. *Ills.* t. 5. n. 39., item licet psalmus
integer dicatur, dum tu tuffis vel exreas, vel sanguis
è naribus fluit, *Sanch. Gob.* suprà. Etiam illum ex-
cusat *Diana*, qui choro canente prælegit lectionem,
ne erret, quod admittunt *Sanch.* & *Escob.*, si alio-
quin fuisset erratus. Addunt *Nav.* & *Bonart.* posse
aliquem sine obligatione aliquid repetendi inter ca-
nendum obiter salutare venientem, aut uno altero
verbo necessario alloqui alterum.

§. VIII. Nimia celeritas causans ut socius non 1301
possit verba sat percepere & attendere, est ordinariè
veniale tantum, neque obligat ad repetitionem, *Fill.*
Bass. Si tamen secundus incipiat, priusquam alter
versum absolverit, idque fiat in magna quantitate,
non satisfit, quia quæ simul proferuntur, non con-
stituunt orationem ab Ecclesia præscriptam, quæ es-
sentialiter debet esse successiva & habere unam par-
tem post alteram, *Tol. Regin. Bonac. Castrop.*
p. 3. n. 9.

Q. 210. Quid addendum sit circa mutilatam 1302
recitationem. R. Seqq.

§. I. Tunc dicitur quis mutilare, quando vel
immutat vel absorbet alias syllabas aut literas, nec
ita articulatè exprimit, ut ab audiente intelligi
possit

possit sensus eorum, quæ legit, si autem mutilat ex inadvertentia vel balbutie vel inveterata consuetudine, quæ valde difficulter corrigi possit, excusatur quis à peccato, *Leff. l. 2. c. 37. n. 56. Tamb. in Dec. l. 2. c. 5. §. 3. n. 6.*; Et quando mutilatio sit tantum in ultimis syllabis, raro peccabitur, quia raro mutabitur sensus, *Suar. Az. Leff. Castrop. Gavant. Geb. in Exp. Tr. 5. n. 613.*

1303

§. II. Si quis hinc inde verba & versus mutilando, perveniat ad partem notabilem, tenetur supplere, non recitando omissa vel mutilata, nam hoc fieri non potest, neque esset aliud, quam rudem & sensu carentem confusionem inducere, sed orando aliquid æquivalens omisis, v. g. unum, duos aut plures psalmos, *Nav. Bonart. l. 2. c. 24. n. 10.*

1304

Q. 211. Quid addendum sit circa interruptiō-
nem. R. Seqq.

§. I. Putat *Nav.* venialiter peccari, si Hora aliqua inchoetur & non absolvatur, licet quis habeat voluntatem postea repetendi; sed oppositum est probabilius, quia una pars Horæ potest habere sensum absolutum, quo finito non est, cur cessari non possit; si autem quis cesseret cum animo repetendi, non ideo postea tenetur repetere, dummodo oret reliqua intra tempus debitum, quia re ipsâ posuit partem operis præceptam, ergo si addat reliquam satisficit: sed de intentione iterum dicetur à n. 1322.

1305

§. II. Matutinum potest etiam sine causa dividā totâ nocte à Laudibus, sive Matutinum & Laudes sint duæ sive una Hora, *Leff. Abell. Bonart. l. 2. c. 17. Stoż l. 1. p. 3. n. 410.*; idque etiam laudabile esse dicunt *Nav. Suar. Sanch. Fill. Tamb. Pelliz.* aliquique multi. Si autem dividatur, debet in fine addi, *Pater noster*; non est autem opus addere orationem diei, id enim specialiter tantum in Nativitate Domini

præci-